

Handwritten numbers in a cursive script on the right edge of the page, including 1, 2, 3, 3, 4, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 59, 60, 61, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68, 69, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 89, 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100.





1699.

1. Bodinus, Henricus: De eo quod fit in continentis.
- 2<sup>a, b</sup> Bodinus, Henricus: De expensis victoriae non praestandis.
- 3<sup>a, b</sup> Bodinus, Henricus: De philanthropo vulgo von Mäcker-Gelte.
- 3<sup>b</sup> Bodinus, Henricus: De philanthropo. Von Mäcker-Gelte.

Rec. 1748.

- 4<sup>a, b</sup> Bodinus, Henricus: De jure reunivendi pertinentias. 2 Sempl.
- 4<sup>c</sup> Boden, Henricus, De: De jure reunivendi pertinentias.
- 5<sup>a, b</sup> Bodinus, Henricus: De illicita a principibus protestantibus provocatione in causis ecclesiasticis.

2 Sempl. 1699 et 1714

- 6<sup>a, b, c</sup> Bochnerus, Justus Henningius: De testamento non praecito

3 Sempl.

- 6<sup>d</sup> Bochnerus, Justus Henningius: De testamento non praecito.

7. Brunnermann, Faustus: Delibata juris publici.

8. Buddeus, Jo. Franciscus: De cultura ingenii.

8d. IV. 1729.



9. — — — — — *Mr. 9 scheint bei der Zählung  
ausgefallen zu sein*
10. Cellarius, Christophorus: De poenitentia in contractibus  
innominatis.
11. Hoffmannus, Fridericus: Disputatio . . . medico-prae-  
tica habens historiam variolarum epidemice Malae  
grassantium.
12. Hoffmannus, Fridericus: De regimine praegnantium
13. Hoffmannus, Fridericus: De terebinthina. Rec. 1730
14. Reiche, Joannes: De jure colossorum.
15. Stahl, Georgus Augustus: Praeceptum inaug. de sterilitate fe-  
minum pro aetate (us 1709) inaug. Georgii Demetrii Cockerii innotat.
- 16<sup>a</sup> = Stykius, Jo. Samuel: Gottopres Antonii Disputatio feudalis  
XIV de personis iudicii feudalis, quam cum Corollariis  
ex jure publico ad ductum Institut. . . Dr. de Ahez. . .  
placidae Disquisitioni submittit.
- 16<sup>b</sup> = Stykius, Jo. Samuel: Gottopres Antonii . . . Disputatio  
feudalis XV de processu feudali, quam cum Corollariis ex jure  
Publico ad ductum Institut. . . Dr. de Ahez. . . placidae





Disputationi . . . submittit .

17<sup>a</sup> St. Higinus, James Samuel: Disputatio juris publici . . .

exhibens Aeneae bullae controversias potiores . . .

2 Impt-1699 et 1706.

18. Hryckius, Johannes Samuel: De vasallo et si ipso necio  
quod dominum .



1

11

1

1

1

1

16

16

16

*[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a list or index.]*





1699 46 263  
DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS,

De

**JURE REUNIEN-  
DI PERTINENTIAS,**

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

**DN. FRIDERICO  
WILHELMO,**

MARCHIONE BRANDENBURGICO, ELECTORATVS  
HEREDE, &c. &c. &c.

EX DECRETO ET AUTORITATE INCLYTÆ FACULT. JURIDICÆ  
PRÆSIDE

**DN. HENRICO BODINO,**  
SERENISS. ET POTENTISS. ELECT. BRANDENB.  
CONSIL. ECCLES. IN DUC. MAGDEB. ET PROF. JURIS

ORD. p. t. PRO-RECTORE MAGNIFICO,

**PRO LICENTIA**

Summos in Jure honores consequendi

*Publice eruditorum censura submittit,*

**JOHANN MÜHLMANN,**

Advoc. Ord. Regim. Magdeb.

Ad Diem X. Aug. MDCXCIX.

HALÆ MAGDEBURGICÆ, Literis CHR. HENCKELII, Acad. Typ.



267

JURE REVERENDISSIMO

DISSERTATIONIS

D. N. FRIEDRICH

WILHELMO

MARCHON BRANDBURGICO, ET ELECTORALI

HEREDE, &c. &c.

RE ELECTO IN UNIVERSITATE FACULTATIS JURIDICAE

DE JURE REVERENDISSIMO

CONSILII ECCLESIAE IN DIE MAGISTRI ET JURIS

JOHANNI WILHELMO

JOHANNI WILHELMO

JOHANNI WILHELMO

HALLAE MAGBURGICAE, LIBRARIAE CAESARIS, ACADEMIAE, P. VII.







J. N. D. N. J. C.



Um tota natura appetat conjunctionem, & unumquodque eo redire nitatur, quo aliquando tanquam pars conjunctum fuit, mirum non est, etiam in Societate Civili quæque ad sua principia tendere, ac præcipue de immobilibus leges sanciri, quarum autoritate pristinae possessiones redintegrentur, & olim unita post separationis intervallum quantocius uniantur; De quo prætenso jure, & inter ipsas Majestates, tanquam communi Gentium consensu, sæpius ferro & armis controversatur. Unde notissima illæ de

*Prefatio  
de reunio-  
nis na-  
turali  
funda-  
mento.*

A 2

reu-

3

1/2



reunione ac in specie Regis Gallicæ  
tam de Regno Austrasiæ quam aliæ  
huc pertinentes prætensiones; de qui-  
bus pro & contra varia erudita ex-  
stant scripta; mihi vero non in prin-  
cipum aulis sed in foro circa privato-  
rum causas versanti, in malam non  
vertetur partem, si relicta illa juris  
publici reunione, de privatorum bo-  
nis reuniendis, controversias potiores,  
& quidem in nostro foro Magdebur-  
gico occurrentes, pro temporis angu-  
stia, qua per instantem actum promo-  
tionis Doctoralis premo, brevisimis,  
loco inauguralis dissertationis, propo-  
nam; quod ut æquo iudicio lectoris  
sublevetur obnixè peto.

Th. I.

**J**US reuniendi est facultas repeten-  
di seu reluendi rem prædio quondam incorporatam  
vel adjunctam, postmodum verò separatam, ut præ-  
dio iterum accedat ejusque conditionem sequatur: Res  
in



267

incorporata seu adjuncta est, quæ prædio vel rei principali est accessoria, sive affixa, & ipsius proprio usui destinata. vid. Speidel. *Spec. Jurid. sub voce pertinenz. fol. 942.* Dicitur aliàs Pertinentia, Attinentia, Appendix: Constituitur verò pertinentia vel destinatione patrisfamilias vel Lege vel consuetudine loci. vid. Mev. p. 2. Dec. 196..

### Th. II.

De Pertinentiis vel rebus prædiis rusticis adjunctis seu incorporatis disponit *Ordin. Polit. Magdeb. cap. 29. §. 9.* Quod à prædiis non divelli seu separari, sed potius separata & alienata reuniri debeant: Et quamvis videatur allegatum locum solum de prædiis, ex quibus operæ Jumentis præstantur (*Unspanner Güther genant*) agere; attamen hæc dispositio etiam ad prædia, ex quibus operæ manuales præstantur (*Rofathen Güter*) extensa fuit; per *Rescript. Declarat. sub dato Hale d. 12. April. 1695.* Requirit verò Rescriptum, ut operæ manuales propter agros vel alias res, de quarum reunionem quæritur præstentur, & ut operæ ac aliæ præstationes cum agro separato consentiente Judice, in Emptorem non sint translatae: Hinc cum quædam fœmina agrum, quondam ipsius prædio, ex quo operas manuales præstat, adjunctum, repetere vellet, reus verò exciperet, quod operæ ac aliæ præstationes agro pro rata essent impositæ & probaret, ab Illustri Regimine Magdeb. judicabatur, daß die Klage nicht statt habe.

### Th III.

Res verò à possessore principalis prædii specialiter emta, & per plures Annos cum prædio possessa ex eo solo pro pertinentia non est reputanda, eo quod diurnitas possessionis per se non inducat pertinentias. Ro-

A 3

sen-



senthal *de Feud. cap. 4. Concl. 34. n. 13.* res enim regulariter nullas pertinentias habet. Brunn. *Conf. 162. n. 53.* Alex. *Conf. 42.* Nec prædium rusticum e. gr. ager, feudo vel alii prædio à servitiis & præstationibus rusticis libero, ut pertinentia jungi potest. vid. *Ordin. Polit. Magdeb. cap. 29. §. 7.* nec res Ecclesiasticæ rebus secularibus, ita ut illæ harum pertinentiæ fiant, adjungi possunt: Wesenb. *Conf. 4. n. 22.* nisi existente urgente necessitate id fiat. *Auth. præterea C. de S. S. Eccl. Struv. Synt. Jur. Civ. Ex. 3. th. 71.*

## Th. IV.

Qui pertinens quippiam dicit, regulariter id probare debet. Klock. *T. 1. Conf. 45. n. 5.* præcipue si non sit in possessione constitutus, sed ab alio, hoc ut pertinens petat ac vindicet. Illustr. Dn. Stryke *de Caut. Contract. Sect. 2. c. 8. §. 20.* Mev. *p. 7. Dec. 373.* Circa modum probandi non erimus prolixi, cum modi probandi aliàs in Jure usitati in materia præsentis etiam admittantur: Imprimis verò Vicinis fides adhibetur, cum ipsis res & Jura Vicinorum magis cognita præsumantur quàm aliis. Mascard. *de Probat. Vol. 1. Concl. 395. n. 2.* non tamen peregrini excluduntur, modo de rebus quæ in cōtroversiam vocantur scientiam habeant: multum quoque oculari inspectioni tribuendum, in tantum ut sententia cujus contrarium ex evidentiā rei appareat, non transeat in rem judicatam, sed semper etiam sinè appellatione rejici possit. Masc. *de Probat. Proxim. qu. 8. n. 16.* sed quid si Testes contradicant Instrumentis, quibusnam major adhibenda fides? Resp. Instrumentis per *L. 10. ff. de Probat.* præsertim in antiquis, quia in Testibus ex lapsu temporis oblivio, & quod contra Instrumentum deponant, falsitas præsumitur. Cravetta *Conf. 54. n. 15.*

## Th. V.



209

Th. V.

Interdum pertinentia præsumitur, sic adjacentia & conjuncta possessio ac usurpatio priorum possessorum, concurrentibus aliis adminiculis, quæ Mev. p. 7. D. 374. annotavit, præsumtionem inducunt: Add. Cravett. Conf. 882. n. 1. & 5. Porro pertinentia præsumitur ex præstatione servitorum & Tributorum, v.g. si possessor prædii persolvat Tributa vel præstet servitia pro agro ab alio possesso. Add. Wesenb. Conf. 78. n. 10. Sola verò Denominatione vel fama, si nimirum res ita fuit nominata vel pro pertinentia alterius prædii habita, pertinentia non probatur; cum denominatio ac fama procedere possit ab æmulis ac inimicis. vid. Roland. à Valle. Conf. 11. n. 16. lib. 4. In antiquis tamen famam ac denominationem pertinentiam probare putarem; in iis enim, quæ hominum memoriam excedunt, fama fidem facit, modo fama & communis opinio sit uniformis. Matth. de Afflict. Decis. 277. n. 2.

Th. VI.

Verba *Ordinat. Polit. Magd. cap. 29. §. 9. aus Unverstand in unsern Aemtern und andern Orten/* sunt tantum modò exemplificativè adjecta: Hinc non requiritur, ut repetere volens res à prædio suo alienatas, imprudentiam Judicis, qui in alienationem consensit, probet, videtur tamen Ord. nova in hâc materia in eo differre ab Ordinat. veteri anno 1652. publicata, quod in illa omnis alienatio pertinentiarum prohibeatur, excepto unico casu, nimirum ut necessitate ita exigente prædium, ex quo integra servitia jumentis præstanda, una cum partitione servitorum dividi permittatur, daß aus cinem Acker Guthe zwo halbspanner Gütcher g. machet werden können. In veteti Ordinat. verò permittitur quævis dismembra-

17

3

1/2





270  
bratio, si nimirum necessitas exigat, causæ cognitio præcedat & negotium hoc Libris publicis inseratur; qui bus non observatis, consensus Judicis in alienationes pertinentiarum, pro imprudenti habetur, ut non opus est probatione imprudentiæ: si itaque ante publicatam Ordin. Polit. nov. hæc requisita appareant, repetitioni non potest esse locus, cum paciscentes juxta Regulas Legis Provincialis contraxerint: Inde Domini Scabini Lipsienses in causa Hansß Glasers contra Annen Reginen Schmieden M. Jul. 98. pronunciarunt:

Das/ weil die alte Magdeburgische Policeny-Ordnunge die Trennungen derer in ein corpus zusammen geschlagenen Güther / ohne Vorwissen der Gerichte verbeut und die wieder zusammenbringungen derer ohne erhebliche Uhrsache aus Unverstand von einander gerissenen Stücke befelet / also dieselbe hierin zu attendiren sey.

Th. VII.

Dictum est in §. *preced.* quod nudus Consensus Judicis, in alienationem rei pertinentis, quoad prædia rustica non sufficiat, aliud tamen in prædiis urbanis dispositum, si enim in his consensus judicialis accesserit, revocatio seu reunio non habet locum. vid. *Ordin. Polit. Magd. c. 13. §. 5.*

Th. VIII.

Si itaque alienatio pertinentiæ contra LL. supra allegatas facta dicatur, possessor prædii, rem ad prædium suum pertinentem revocare poterit, etiam si ea pars ipsi expressè non sit vendita vel cessa, cum prædium ut principale, ad se trahat accessorium. *Mev. p. 2. D. 196.*

Th. IX.

Et hæc decisio in tantum vera est, ut quamvis res repetenda æque opipera vel etiam major seu pretio-



271

tiosior sit ipso fundo, & possessor rei pertinentis, pretium pro prædio s. fundo s. domo, quo res principalis in facta dismembratione venit, eius præsentis possessori offerat, sicque pertinentias cum prædio consolidare velit, tamen audiendus non sit, sed potius condictio contra possessorem pertinentiæ locum inveniatur, uti decrevit Illustre Regimen Magd. in causa Heinrich Krugers contra Dorothee Hilpertin M. Febr. 98. quod Decretum in Instantia Leuterationis ab Amplissima Facult. Juridica Hallensi M. Sept. ejusd. Anni confirmatum fuit.

Th. X.

Circa pertinentias prædii Urbani, nobile occurrit dubium; ubi quis emit Ædes cujus area vel aliqua pars à Vicino ædificando occupata ex evidentia facti aliisque circumstantiis apparet, alter vero validam ejus partis acquisitionem docere non possit, quæritur, an ille Ædium principalium emtor ac possessor oblato vicino justo pretio, & refusis meliorationibus, partem ita occupatam cum inædificatis repetere possit? Aff. cum possessor ædificii non possit allegare ac probare Titulum validum, nec consensum judicalem docere, absque quibus, pertinentiæ prædiorum urbanorum valide alienari non possunt. vid. *Ordin. Polit. Magd.* de cætero vero non dubitandum, quin ædificatum solo cedat. §. 30. l. d. *acquir. rer. dom.* l. 7. §. 12. l. 28. ff. *eod. cum simil.*

Th. XI.

Neque revocationi pertinentiarum obest, quod causa seu conditio ipsius rei revocandæ, prorsus sit mutata unde v. gr. silva vel vinea quondam alicujus prædio incorporata & post vel ante separationem factam, prorsus extirpata à prædii principalis, cui olim unita fuit, possessore, recte revocari poterit; eo quod per excisionem arborum

B

borum



borum aliamve mutationem qualitas pertinentiæ non sit mutata.

Th. XII.

Quod vero pertinentia contra Jura Provincialia alienata, absque refusione pretii non possit repeti, de eo forte ordinarie dubium non erit. Num verò pretium, quod à possessore rei petitiæ olim solutum, an vero pretium quò res in præsentì venire potest, sit reddendum, de hoc Collegia Juridica diversimodè sentiunt: Pro posteriori opinione facit, quod ejusmodi restitutio tantum interesse publici causa præcepta ac necessaria sit; in omnibus vero necessariis venditionibus justum seu præsens pretium sit persolvendum Brunn. *ad L. ii. C. de servit. n. 12.* Carpz. *Jprud. Consist. L. 2. Def. 388. n. 7.* cui accedit, quod ordinarie augmentum cedat Domino, quodve pertinentia non fuisset repetita, si valor rei diminutus fuerit; Jus quoque provinciale ratione pretii de prædiis rusticis nihil determinaverit; unde Domini J. C. i. Jenenses *M. Aug. 1697.* in causa *Heinrich Krügers contra Dorotheen Hilpfortin* pronunciarunt

Das K. Befl. den ickigen Werth der Acker nach vorhergehender taxation Acker verständiger Leute zuerstaten schuldig ic.

Cum verò ab hac sententia in Præfectura Giebechensteinensi publicata, ad Regimen Magd. appellatum fuit: sententia à qua, per Decretum Regiminis de publ. *d. 19. Febr.* est reformata sequenti modo.

Das Appellatin die halbe Hufe gegen Empfang des dafür gezahleten & auff Geldes abzutreten verbunden.

Quod Decretum postea in Instantia Leutationis à Facultate Juridica Hallensi *M. Febr. 1698* confirmatum fuit.

Ratio



273  
Rationes Decidendi erant: Quod eiusmodi alienatio  
fit contra Legem contracta, & inde nulla, quodque *Ordin.*  
*Polit. Magd. c. 13. §. 5.* in casu simili disponat, quod pretium,  
quò res antea emta, sit reddendum: quam sententiam  
tanquam, veriore ampleximur.

Th. XIII.

Ratione præscriptionis DD. Juris iterum in duas  
partes abierunt; quidam enim putant, quod revocationi  
pertinentiarum seu reunioni præscriptio 30. Annorum  
possit opponi, & fundant se in Decreto Provinciali Magd.  
(*Land-Tages Abschiedt*) de anno 1660. ubi sancitum,  
quod Exceptio præscriptionis possessoribus pertinentia-  
rum, modo contractus judicialiter sint celebrati, reliquis  
requisitis non attentis competere debeat. Jam verò hæc  
Decreta Provincialia in *Ordinat. Proc. Magd. cap. 1. §. f.*  
expressis verbis sunt approbata & recepta. Prætereâ  
in *Ordinat. Politica* nullibi reperitur, quod in repetitio-  
nibus pertinentiarum, accedente judiciali consensu, præ-  
scriptioni locus non esse debeat: Hinc Dn. J. Cti Jenenses  
in causa *Hennig Remerts* contra *Wilhelm Heinrich*  
*Krausen* / *M. Aprilis 96.* pro præscriptione longissimi tem-  
poris pronunciarunt, quam sententiam J. Cti *Wittenb. M.*  
*Dec. ejusd. Anni* in Instantia Leutationis confirmarunt:  
Eod. modo facultas Juridica Lipsiensis in alia causa re-  
spondit: Contrarium tamen statuit *Facult. Juridica Hal-*  
*lensis* in causa *George Klostermans* contra *Sebastian*  
*Kochen*. *M. Febr. a. c.* quod nimirum nulla præscriptio  
nisi immemorialis sit attendenda, cum ob Jus prohibi-  
tivum præscriptio vulgaris non valeat, præsertim quod  
ratio prohibitionis in interesse publ. sit fundata, quodque  
in prædiis Urbanis tantum modo immemorialis præscri-  
ptio-

B 2

ptio-



ptio consideretur, ubi verò eadem ratio, ibi idem Jus esse debet, & huic sententiæ nos adhæremus.

## Th. XIV.

Quod possessor nec perceptos nec percipiendos fructus restituere teneatur, de hoc quidem mille prostant præjudicia, eo quod hic versetur in bona fide per l. 48. ff. d. acquir. rer. dom. §. 35. Inst. eod. vid. Rebuff. ad Const. Reg. d. fruct. ad art. 1. Joh. à Sande lib. 5. Decis. Fris. tit. 15. d. 1. Joh. Schneid. ad d. §. 35. n. 5. Et cum Lex Provincialis hic nihil disponat, b. f. possessorem fructus loco usurarum lucrari æquum sit. Si tamen hanc Materiam accuratè considerare velimus, illud tantum procedet, circa fructus industriales, non vero circa illos qui mere naturales vocantur, utpote qui ex titulo lege prohibito acquiri non possunt. per l. 45. ff. d. usur. & fruct. vid. Vinn. ad dict. §. 35. cum ibid. alleg.

## Th. XV.

Debet autem is, qui pertinentias persequi vult, Dominium vel quasi, rei principalis, vel majoris hujus partis docere; utpote in cujus reunionem totum suum fundamentum ponit, unde cum quatuor filie prædii rustici cum aliquot mansis agrorum ac vineis, a Patre ipsis relicti, agros atque Vineas inter se diviserant, domo paterna in communione relicta, postea vero una ex filiabus ratam suam natu minimæ sororis marito cesserat, qui cum Uxore post dictam divisionem per aliquot annos in domo communi habitabat, tandem vero hæc soror, quæ in domo hæctenus cum viro suo commorata fuit, adversus reliquas duas sorores Jure pertinentiæ agenti & earum ratas tam ipsarum ædium quam prædiorum, olim divisorum repetenti, illud recte denegatum fuit, cum domus paterna adhuc sit communis ac Aëtrici plus



275  
plus Juris circa eam non competat ac ipsis reis, nec  
Actrix docere possit, quod habeat majorem partem  
domus & agrorum, cum cessio ratae unius sororis non  
in Actricem sed in maritum facta sit. Et quamvis præ-  
dium ita sit comparatum, ut Divisionem non patiat,ur,  
nemo autem invitus in communione manere tenea-  
tur, ipsa res cum pertinentiis, licet antea inter cohere-  
des divisus taxari & subhastari debet, ita ut omnes æq;  
ad Licitationem admittantur.

Th. XVI.

Quod si contigerit, fundum, qui quondam prædio vi-  
cini junctus fuerit, vendi hic extraneo emtori præferendus  
erit, Struv. *Synt. Jur. Civ. Ex. 23. tb. 54.* Sutorius *in Tr. de Jur.*  
*Retract. c. 5. p. 65. 179.* ubi præjudicium subnectit. Add.  
Richt. *p. 2. D. 76. n. 58.* cum rem ad naturam seu statum  
priorem reverti sit favorable. vid. *L. 59. ff. de Rei Vind.*  
Quod in Ducatu Magd. eò extenditur, etiam si pars  
vendenda Vicino prædio nunquam unita fuerit, modò  
Vicinus partem prædii, agri, horti vel Vineæ habeat  
vid. *Ord. Polit. Magd. c. 22. §. 15.* Ratio Legis est, quò odia,  
rixæ ac contentiones, quæ inter Vicinos suboriri solent,  
impediantur, præcaveantur & avertantur. Cothmann  
*Vol. 4. Resp. 42. num. 14.* etiam si minimam partem in re  
habeat: Fabian de Mont. *in Tr. de Emt. Vendit. qu. princ.*  
*3. pag. 55. n. 44.* prælatio verò datur habenti majorem  
partem Gratianus *T. 3. Discept. forens. c. 526. fol. 324.* Hoc  
autem jus congrui, quamvis statuto vel moribus intro-  
ductum, tunc merito cessare debet, si prædia vicina, ob  
diversas ipsis inhærentes qualitates, uniri non possint,  
e. gr. fundus tributarius cum plane libero, vel feudalis  
cum allodiali &c. quia tunc ratio unionis quæ unicum

B 3

funz



fundamentum est illius revocationis, cessat: uti aliquoties in simili iudicatum.

## Th. XVII.

Si tandem res ita à possessore vel novo emtore revocetur, hic nullum contra suum autorem ex eo habebit regressum, uti rationibus & multis allegatis hoc probat B. Dn. Struv. *Synt. Jur. Civ. Exerc. 23. th. 57.* Quod si etiam contingat, rem quandam inter coheredes, ultra longum tempus lege definitum separatam fuisse, & jam vendi extraneo tunc retrahere illud volenti, nulla obstabit præscriptio, cum prius agere non potuerit, quam res vendita fuerit extraneo, ut sic agere non valenti non currat præscriptio. Brunn. *Conf. 166. fol. 977.* Contra extraneum verò Emtorem Actio hæc revocatoria intra Annum & diem est intentanda *Polit. Ord. c. 22. §. 15.* Incipit vero Annus à tempore resignationis & traditionis judicialis ac scientiæ *vid. ord. c. 1.*

Atque hæc de proposita materia adduxisse sufficiat, cum non argumenti sed temporis penuria hic me subsistere jubeat, benevolum interim Lectorem harum thesium tam brevitatem, quam ordinem ut omnia æqui bonique consulturum confido.

SOLI DEO GLORIA.



COROL.



277.

## COROLLARIA.

- I. *In casu dubio non dantur casus pro Amico.*
- II. *Advocatus causam dubiam defendendam suscipere potest.*
- III. *Advocatus in justa causa, ut eò certius victoriam obtineat, ad convincendum adversarium fallaciis ac deceptionibus uti non potest.*
- IV. *Advocatus defensionem incarcerationi ob crimen capitale, quod etiam confitetur, suscipere potest.*
- V. *Advocatus, qui utrique litigatorum patrocinatur, licet absque honorario, prævaricationis & falsi crimen incurrit, nisi in casu l. 7. C. d. postul.*
- VI. *Pactum de vendendo venditorem ad vendendum præcise non obligat.*
- VII. *Condictio: si non nupseris sive  
mari*



*mari sive foeminae in Testamento  
imposita, pro non adjecta habetur.*

**VIII.** *Aliud tamen dicendum de con-  
ditione viduae injuncta, si in vi-  
duitate permanserit, haec enim à  
secundis votis abstinere vel Lega-  
to carere debet.*

**IX.** *Obtinens tamen possessorio, si in  
petitorio succumbat, ad restitutio-  
nem fructuum interim percepto-  
rum condemnari non potest.*

**X.** *Si Clandestinis sponsalibus accessit  
concupitus, Sponsa vero vel  
ille, in cuius potestate est, Stupra-  
torem ad consumationem matri-  
monii admittere nolit, concubitus  
talis non attendendus.*





ULB Halle  
004 767 101


3











B.I.G.

Farbkarte #13

1699 46 263

DICA INAUGURALIS,  
De  
**EUNNIEN.**

**INENTIAS,**

nam,  
NIFICENTISSIMO,  
INCIPE AC DOMINO,  
**DERICO**  
**ELMO,**  
RGICO, ELECTORATVS  
&c. &c. &c.

INCLYTÆ FACULT. JURIDICÆ  
SIDE

**O BODINO,**  
TISS. ELECT. BRANDENB.  
MAGDEB. ET PROF. JURIS  
TORE MAGNIFICO,

**CENTIA**

onores consequendi  
 *censura submittit,*  
**ÜHLMANN,**  
egim. Magdeb.  
g. MDCXCIX.

is CHR. HENCKELII, Acad. Typ.

ESIA

7 1/2

